



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

28. Quid sit de illorum, qui omittunt vnctionem pedum & renū?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

SACR. EXT. VNC. TEMP. FEST. 451

super ipsius hasi extremitatem: quod quidam non aduertentes, sicut ad manus, pedes, aures, oculos, duas ordinarie faciunt vunctiones, duas etiam faciunt ad nares, contra ecclesiæ nostræ consuetudinem.

Q V A E S T I O XXVIII.

Quid sit de illorum, qui omittrunt vunctionem pedum & renum?

Quæctionis explicatio.

Vædam Ecclesiæ vtuntur bis duabus vunctionibus. Ecclesia Leodiensis nō vtitur vunctione rentim, ne in viris quidem, nec etiā Parochiale illius meminit, & plutes Doctores conuenientius iudicant illam omittere. Occasione huius diuersitatis q̄titur, quid dicendum de modo ministrandi illorum, qui utramque omittunt?

Responso.

Poterit quoque tolerari, quia secundum communem non peccat contra substantia sacramento, & si quid accidentarium forte omittritur, necessitas illud excusat.

Dices. Concilū Florentinū has duas vunctiones aliis quinq; annumerat, vult enim

Ff 2 hoc

452 DE NECES. ET MOD. MINIST.
hoc sacramentum perfici his vunctionibus
in oculis, scilicet, propter visum, in auribus pro-
pter auditum, in naribus propter odoratum, in os
propter gustum, in manibus propter tactum, in pe-
dibus propter gressum, in renibus propter delectati-
onem ibi vigentem: ergo & illæ duæ pertinent
ad substantiam, & consequenter modus si-
ne illis ministrandi nullo casu excusari po-
test.

R. Concilium enumerare septem vunctiones, non quasi omnes sint de substantia, sed quia saltem in quibusdam locis etiam illæ duæ solent adhiberi. Quod verba Concilii sic accipienda sint, patet ex vniuersalibus Ecclesiæ consuetudine, quæ contentatur adhibere quinq; vunctiones ad organa quinque sensuum, ut plerique Doctores testan-
tur: Imo nonnulli dicunt, duas illas non es-
se de præcepto, & posse etiam sine causa o-

a Suppl. Gr**a**
briel. in 4. di.
23. q. 2. art. 2.
Soto q. 2. art.
2. Victor in
Summa, qu.
223.

mitti, præsertim in mulieribus propter pu-
dorem, propter quem & quidam (a) illorū
censem vunctionem renum in mulieribus
conuenientius omitti quam adhiberi, vt

Dices. Illæ duæ vunctiones sunt in usu
Ecclesiæ Romanæ.

R. Posse esse in usu ut particularis est ec-
clesia, non autem ut est vniuersalis, quia mul-
ta sunt ecclesiæ, quæ illis non utuntur, vt

præfati

præfati Doctores aperte testantur, & de di-
œcœsi Leodiensi nobis manifestum est.

QVÆSTIO XXIX.

*Quid sit de illorum, qui vngunt tantum v-
num oculum, vnam aurem, & sic
de reliquis sensuum or-
ganis?*

Quæstionis explicatio.

PARochialia nostratia monent pastores
vt in vñctionibus faciendis primo dex-
trum oculum, deinde sinistrum inungant,
& sic in reliquis organis sensuum. Et ordi-
narie ita consuevit fieri. Huius occasione
quæritur, an in casu pestis hic etiam modus
& ritus ministrandi obseruari debeat, an v.
tolerari possit, vt tantum vnum cuiuslibet
sensus organum inungatur?

Responſio.

TOlerari potest: Quamuis enim comu-
niter inungatur vtrumq;, ac seclusa ne-
cessitate ita faciendum sit propter ^a Parochial
^{omnia noſtr.} con-
ſuetudinem Ecclesiæ, tamen non est de ef-
fentia sacramenti: in vna enim parte orga-
ni (licet virtus eius in pluribus vigeat) suffi-
cienter significatur vñctio talis sensus.

Ff 3 Dices: